

167.
Et ipsi non cognouerunt vias meas: sicut iuravi in
ira mea. sunt roibunt in requiem meam; Ergo se-
cundum apostolum temptatus est sp̄s; Super se tēp-
tatus est. & ipse utique in terram repromissionis.
iudeorum populum dirigebat; Sicut scriptū
est. Quia adduxit eos per abyssum. sicut equum
per desertum. & non laborauerunt. Et sicut pe-
cora per campum; descendit sp̄s ad nō. & direxit
eos; Et ipse utique. serenam celestis alimonie
pluuiam ministrabat; Et ipse cotidianam mes-
sem. quam terra non parturierat. agricola
non seuerat. ymbre fertili fecundabat; Nunc
expectemus singula. Requiem iudeis promi-
serat d̄s. Cā requiem sp̄s suam dicit; Temp-
tatum se a perfidis. d̄s pater memorat. temp-
tatum ab isdem se dicit sp̄s. quia vna temptatio est.
qua temptata est a sacrilegis. vna diuinitas trini-
tatis. Condemnat d̄s populum iudeorum. vt in
terram fluentem lac & mel. hoc est resurrectionis
requiem. peruenire non possent. Eādem sen-
tentia condemnat & sp̄s dicens. Sunt roibunt